Luc.8.f. dicendum qđ euangelistæ repetendo dicta alicuius vel aliquorum,aliq̃ repetũt eadẽ verba:aliq̃ vero sniam ꝓ alia verba. Filia autẽ archisynagogi laborabat in extremis: fm̃ q̃ dicit hic marcus: verũtamẽ erat ita,ꝓpinqua morti q̃ reputabatur mortua: vnde etiã fm̃ cõem modũ loquẽdi de aliquo q̃ sic est morti ꝓpinquus dr q̃ mortuꝰ est:qa qđ modicũ distat,quasi nihil reputatur: & hoc modo loquẽdi vsus est matthæus. Circa secũdã partẽ dr. d ¶Et fuerat mul.per. scilicet nõ solum in facultatibꝰ sed etiã in corpe vt patet per literã sequẽtem. e ¶Et statim
ſc.in se.&c. Non est intelligendũ q̃ aliq̃ virtus existẽs in christo migrauerit extra ipm̃: sed talis exitus intelligitur p modũ causæ ꝓducentis effectum in quẽ dr exire inq̃tũ causa relucet in effectu. Et p talẽ modũ loquẽdi dr Sap̃.vij.d. de sapientia increata q̃ per natiões in animas sanctas se trãsfert:& amicos dei & ꝓphetas cõstituit: Quæ trãslatio non potest intelligi,q̃ sapiẽtia increata sit aliquibi vbi prius non erat:cum de necessitate sit vbiq; ꝑsens:sed qa causat ibi nouũ effectũ. Vtrũ aũt talis virtus in christo fuerit virtus diuina tm̃:vel cũ hoc hũana:dicẽt in fine huius ca. f ¶Quis teti. Nõ q̃rit ex ignorãtia sed vtq̃ cõfessionẽ mulieris sanatę appareat fides eius,& a christo cõmẽdet.& qa manifestatio miraculi dictæ sanationis cedebat ad gloriã dei,& archisynagogi assecurationẽ: vtq̃ hoc certificaret de futura suscitatione filiæ suæ. g ¶Turbam compri.te. Licet in tali pressura eum tangerent corporaliter:nõ tamẽ tãgebãt eũ cum tali deuotiõe & fide sicut illa mulier tetigerat:& de tali tactu singulariter q̃rebat.Circa tertiam partẽ dicitur sic. h ¶Quid vltra ve.ma. Licet enim credẽret ipsum posse eã sanare:nõ tamẽ a mortuis suscitare:ex quo patet q̃ eorũ fides erat
†Matth. 9.c. Luce.9.f. imperfecta. i ¶Et non admisit &c.ostendens q̃ in operibus miraculorum nõ debet faciens quærere ostẽtationem:in hoc dans exemplum eius discipulis qui erant facturi
✠ miracu-
✠ b ¶Qm̃ filia&c.i.q̃ impossibile sit reme Morakr.
diũ adhibere:propter hoc dimittere non debet: quia de nullo desperandũ est vita præsenti durante. c ¶Et mulier quæ erat in proflu. san. &c. humanitas christi dr eius vestimentũ Phil.ij.a. In similitudinẽ hoim factus est & habitu inuentus vt homo. Cui⁹ fimbria sũt pedes tãq̃ extremitates. Mulier xij.ãnis sanguinisflua fuit: Magdalena multo tẽpore peccatis polluta:sed tangẽdo christi pedes fuit simpliciter emundata.

exemplum

¶Quinta pars. p

E Vſ iuſtificata eſt ſapiẽtia ab om.fi.ſu. a ¶Flẽtes & vlulan.Beda.
Luc.7.c. Lætẽtur oẽs qui ſperãt in dño: & in æternũ exultabũt cp ha.in.e.
Pſ.5.c. Hanc lætitiã merito infidelitatis ſynagoga amiſit: & ideo inter
flentes & vlulãtes mortua iacet. Sed ieſus eam funditus interire
nõ patitur. vnde ſequr: Et ingreſſus eſt &c. b ¶Nõ eſt mor.
Mihi in cuius diſpõne & anima recæpta
viuit: & caro ſuſcitãda geſcit. Hinc mors
eſt chriſtianis vt mortui qui reſurrecturi
nõ dubitant dormiẽtes vocentur. vnde:
1.Te.4.c Nolumus vos ignorare fra.de dor. ¶Be-
ezec.18.a da. Cum aia quæ peccauerit moriat: ea tñ
quã dñs ad vitã æternã præuidet, nobis
quidam mortua fuiſſe: ſed ei ob dormiſſe
nõ incõgrue dici poteſt. c ¶Eiectis oĩ-
Moralr. bus. Beda. Moraliter. Turba ejcitur vt b
puella ſuſcitet: quia niſi ſæculariũ curarũ
multitudo a corde ejiciatur: aia quæ intus
iacet mortua, nõ ſuſcitat. Dũ enim ſe per
vniuerſas cogitationes ſpargit: ad conſi-
derationem ſui ſeſe nullatenus colligit.
d ¶Thabita cu. In ſyro ſermone quem
euangeliſta ponit: non plus eſt cp puella
ſurge. Sed forte ad vim dñicæ iuſſionis
exprimendã hoc addidit: tibi dico ſurge:
& magis ſenſum loquẽtis cp verba intĩ-
mare curauit. Sic ſæpe apoſtoli & euange
liſtæ cum aliquod teſtimoniũ aſſumunt:
magis ſenſum cp verba ponũt. ¶Hiero.
Ad puellã dicitur thabita cumi. i. puella
ſurge. Archiſynagogo dicitur. Filia tua
mortua eſt. Ieſus. Nõ eſt mortua, ſed dor-
mit: vtrũq; eſt: mortua vobis: ſed mihi
dormit. Annorũ xij. erat puella: & annis
xij. mulier perpeſſa. peccata incredentiũ
apparẽt in initio fidei credentiũ. vnde di-
Gal.3.a. cit: Credidit abrãã deo & repu. eſt ei ad iu.
Mora.r. ¶Beda. Moraliter. Q. chriſtus tres mor-
F tuos ſuſcitauit: tria genera animarũ ſigni
ficat. Puellã ſuſcitat adhuc in domo clau-
Mat.9.c. ſam. i. animã cõſenſum tantũ, nõ actum
delectationi male præbentem. Iuuenem
Luc.7.c. ſuſcitat iam extra portam delatum. i. peccatorẽ qui conſenſum
Ioh.11.c. produxit ad actum. Suſcitat lazarũ iam fetentẽ: & longa conſue
tudine peccandi aĩam male olentẽ: & alios fama corrumpentẽ.
Puellã paucis alloqtur: qa eam facile ſuſcitat quã & mortuã ne-
gat & aĩam ſimilẽ cito reſuſcitari demõſtrat. Iuuenẽ plurib⁹ cor-
roborat, cum dicit. Tibi dico ſurge: qa tales aĩæ aliqñ difficilius
reuiuiſcunt. Ad monumentũ lazari fremit, turbatur, lachrymat:
magna voce clamat. Lazare, veni foras. Similiter longa conſue
Mortui tudine peccãdi preſſus: vix & quaſi cum labore ſuſcitat. Notãdũ
per xp̃m quoq; cp publica noxa publico eget remedio. Leuia aũt & ſecre-
quot & ta poſſunt deleri pnĩa q̃ui & ſecreta. Puella in domo iacẽs paucis
quõ ſuſci arbitris ſurgit: & eis præcipitur vt nemini dicant. Iuuenis extra
tati ſunt. portam turba multa comitãte & vidẽte. Lazarus de monumẽto
vocat⁹ intãtũ innotuit: vt ꝑpter hoc turbę cũ palmis dño occur
rerent: & multi abierũt ex iudæis: & crediderũt in ieſum. Quartũ
mortuũ annũciãte diſcipulo audiuit: ſed qa viui q pro eo preca-
Mat.8.c. rentur, deſuerũt: Dimitte inqt mortuos ſepelire mortuos ſuos.

NICO.DE LYRA

Miracula. verũtñ qa in operibus miraculoſis manifeſtat dei
gloria. ideo aliqñ faciebat miracula valde publice: ſicut patet in
lazari ſuſcitatione: & cœci illuminatiõe: oſtẽdẽs exẽplũ diſcipu-
lis vt in talib⁹ q̃rerẽt dei gloriã tm & nõ ꝓpriã. a ¶Thabita
cumi. Duæ ſunt dictiones hebraicæ: quarũ prima eſt nomen. &
ſecũda verbũ vt patet per interpretationẽ. Sciẽdũ aũt cp thabita
nõ eſt nomen cõe: ſed eſt propriũ nomen illius puellæ quæ fuit
ſuſcitata: & hoc patet per ſimile Act.ix.f. vbi dicit: In ioppe aũt
fuit quędã diſcipula noĩe thabita, & ideo marc⁹ pro noĩe ꝓprio
poſuit cõe interpretãdo. f. puella. Sciendũ etiã cp illud quod ibi
interponitur. f. tibi dico. nõ eſt de ſignificato ſermonis hebraici
hic poſiti: ſed additũ fuit ab euãgeliſta ad maiorẽ expreſſionẽ cp
ad vbũ chriſti in illa puella ſuſcitabat. b ¶Et præcæpit illis
vehe. &c. Cauſa iam eſt exẽplũ alijs vt
nõ quæreret oſtẽtationẽ in operib⁹ miraculoſis. c ¶Et juſſit
dare illi man. ad probationẽ verę reſurrectionis ſicut & chriſtus
poſt reſurrectionẽ ſuã mãducauit eum apoſtolis: vt habet Lucæ
xxiiij. ¶Ad maiorẽ euidentiã eor⁹ quæ dicta ſunt hic & alibi de
miraculis

miraculis chriſti: quæriť vtrũ chriſtus fecerit miracula ſola diui G
na virtute. Et arguiť primo cp ſic: Dicit enim Leo papa i epła ad
Flauianũ: Cum in chriſto ſint duæ naturæ: vna earũ eſt. f. diuina
q̃ fulget miraculis: altera ſcilicet humana quæ ſuccũbit iniurijs.
ergo ſicut ſe habet hũana natura ad ſuccumbendũ iniurijs: ſic ſe
habet diuina ad agendum in operib⁹ mi-
raculoſis. ſed ſola natura humana iniurijs
ſuccumbit: quia talia pati repugnat deita
ti: ergo ſola natura diuina agit in operib⁹
miraculoſis. ¶Et cõfirmatur auctoritate
pſ.cxxxv.a. Qui facit mirabilia magna
ſolus. ergo ſola diuinitas eſt principium
agendi miraculum. ¶Item opera miracu
loſa excedunt totam virtutẽ naturæ crea
tæ, natura aũt humana in chriſto creata
eſt. ergo vtvidẽt in nullo attingit opera
miraculoſa. ¶Contra quia chriſtus per ta
ctum corpis ſanabat miraculoſe: vt dictũ
eſt de muliere patiente fluxum ſanguinis Ma
& infra. vj.g. Quotquot autẽ tangebãt eũ
ſalui fiebãt: ſi ergo talis tactꝰ nil ageret i
ſanatiõe prędicta: fruſtra adhiberet quod
nõ cõuenit ipſi chriſto. f. aliqd fruſtra age
re: ergo ille tactꝰ aliqd faciebat. & certũ eſt
cp ꝓtinebat ad hũanitatẽ ergo &c. Rñſio
in hac q̃ſtiõe ſic eſt ꝓcedẽdũ: qa priovidẽ
dũ eſt q̃liter viri ſcti viui vel defũcti quo
rũ miracula ſcripta ſũt i illis opati fuerũt:
ſcĩo q̃liter xp̃s in ꝑſtũ hõ operatus fuerit.
¶Circa primũ aliqd eſt certũ: videlicet cp
miracula nõ ꝓt fieri aliqua virtute tanq̃
principalr agẽte niſi virtute diuina: quia ſi
cut dictũ eſt: opatio miraculoſa excedit o
tã facultatẽ virtutis creatæ. Sil'r certũ eſt cp
ſcti viri ad miracula poſſunt opari meri
torie: qa frequenter exptũ eſt miracula fa
cta: fuiſſe a deo ad ꝑces ſctorum. ¶Sed du
bitũ eſt vtrũ viri ſancti miraculis aliquan
do operati ſunt per aliquã virtutem in eis
exiſtentem: nõ quia illa ſit principalis ra
tio agendi, ſed tantũ inſtrumentalis vt ſic
deus tãq̃ principaliter agẽs fecerit miracula p ſanctos tanq̃ per
quædam inſtrumenta. Et hanc quæſtionẽ relinquit Augu. xxij.
lib. de ciui. dei inſoluta: vbi enarratis multis miraculis martyrũ
dicit ſic: Siue eĩ deus per ſeipſum miro modo quo res tẽporales
operatur æternus: ſiue per ſuos miniſtros iſta faciat: & eadẽ ipſa
q̃ p miniſtros facit ſiue quædam faciat etiã per martyrũ ſpiritus:
ſiue per homines adhuc in corpore cõſtituros: ſiue deus iſta p an
gelos quibus inuiſibiliter, immutabiliter, incorporalr imperat
operet: quæ per martyres fieri dicunt eis, orantibus tãtũ & impe
rantib⁹: nõ etiã operãtib⁹ fiant ſiue alia iſtis: ſiue alia illis mo
dis: q nullo modo cõprehendi a mortalibus poſſunt: ei tñ attеſta
tur fides hæc in qua carnis in æternũ reſurrectio ꝓdicatur. Beaꝰ
tamen Grego. hãc queſtionẽ determinare videť. ñ. lib. dialogo⁹:
vbi dicit ſic: Qui deuota mente deo adhærent: cum rerum neceſ
ſitas expoſcit. exhibere ſigna modo vtroq; ſolẽt vt mira quæq;
aliquãdo ex ꝑce faciant: aliquãdo ex ptãte conceſſa illis a deo. Et
hoc probat cõſequenter ratione & exemplo. Ratio autem talis
eſt: Cui conceditur illud qđ eſt maius, nõ eſt mirum ſi aliqñ cõce
datur qđ eſt minus: ſed maior eſt ptãs filios dei fieri, etiam p ado
ptionẽ cũ hoc ſolũ ſanctis cõcedatur cp miracula operari. qđ etiã
aliqñ malis conceditur: vt habetur Mat.vij. Sed primũ conceditť
hominibus ſanctis ſm cp dť Ioh.i.a. Quotquot autem recæperũt
eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Item probat hoc exẽplo
quia petꝰ ſuſcitauit thabitam orando. vt habetur Act.ix.g. ana
niam vero & ſaphirã morti tradidit ſubito abſq; oratione, ſed ſo
lũ culpã eorũ increpando Act.v.a. & ſic videtur illud factũ feciť
ſe ex aliqua poteſtate ſibi cõceſſa a deo tanq̃ inſtrumentũ diui
næ iuſticiæ. Idẽ ad hoc videť facere cp gratia dei diuidiť ꝑ gra
tis datã & per gratiã gratũ faciẽtem. & licet aliquãdo ab aliq
bus dictum fuerit cp gratia gratum faciẽs nihil ponit in anima:
tñ de gratia gratis data ab hoibus conceditur cp aliqd ponit i ani
ma & hoc ꝑet manifeſte de gratijs gratis datis quæ vocant ſer
mo ſapię & ſermo ſcientiæ. f. Corin.xii.a. qa ſignificant quaſdã
eminẽtes cognitiões diuinorũ & humanorũ quæ ponũt aliquid
in aĩa. Similiter fides ꝓphetia: genera linguarũ: & interpretatio
ſermonũ. Et eadẽ rõne videť cp gratia ſanitatũ & operatio virtu
tum. i. miraculorũ quæ ponunt gr̃æ gratis datæ: dicant aliquam
autem coniunctũ magis participat efficaciã agentis principalis
cp ſeparatum

virtutẽ

A Vſ ET egreſſus &c. Segtur. a ¶Vnde huic Cãp. VI.
Ioh.5.e. hæc oĩa. Mira cæcitas. In factis & dictis xp̃m cogno-
ſcere poſſint: ob ſolã generis notitiã ptẽnũt. b ¶Fa-
ber. Beda. Qui opať igni & ſpũ. vñ: Ipſe baptizabit
vos in igne & ſpiritu. Faber eſt q fabricať eſt aurorã
& ſolẽ. Hier. Filiꝰ fabri vocať: et hoc myſti
cũ. f. fabri qui fabricať eſt aurorã & ſolẽ:
eccleſiã primã & ſequẽtẽ in quarũ figura
mulier & puella ſanantur. c ¶Non eſt
pro. &c. Prope naturale eſt cíues ciuibus
inuidere: qa nõ opa ſed inſantiã quã vi-
3.Reg.12. dere recõdanť. ¶Iſido. Comitať ſæpe vi-
d litas originẽ. Vt qs eſt filiꝰ iſai. Sed humi
Pſ.137.b lia dñs reſpicit: & alta a longe cognoſcit.
d ¶Et nõ po. ibi vir. vl. Ne ciues incre-
dulos peius cõdẽnaret: faciẽs multas vir-
tutes. Vel quia in patria ſua deſpicitur:
paucas ibi virtutes fecit & ſigna: ne peni-
tus excuſabiles ſint. Maiora quotidie in
gentibus ſigna facit non tam in corporũ
ſanatione cp animarũ. e ¶Et mirabať.
Beda. Non quaſi de improuiſo: ſed quaſi
mirandũ oſtẽdit: qa nec ꝓphetis credunt
Miſſio nõ cõuenit ipſi chriſto. f. aliqd fruſtra age
apoſto re: ergo ille tactꝰ aliqd faciebat. & certũ eſt
lorum. cp ꝓtinebat ad hũanitatẽ ergo &c. Rñſio
in hac q̃ſtiõe ſic eſt ꝓcedẽdũ: qa priovidẽ
dũ eſt q̃liter viri ſcti viui vel defũcti quo
rũ miracula ſcripta ſũt i illis opati fuerũt:
ſcĩo q̃liter xp̃s in ꝑſtũ hõ operatus fuerit.
Act.3.a. ¶Circa primũ aliqd eſt certũ: videlicet cp
centes. In ieſu nomine ſurge & ambula.
h ¶Ne quid tolle. &c. Tanta ſit in dño
fiducia: vt nihil deeſſe certiſſime ſciãt ne
Mat.10.a dum ſibi ꝓuident tẽporalia: minus alijs
Luc.10.b prouideãt æterna. ¶Beda. ¶Matthæus &
B lucas memorãt dñm diſcipulis dixiſſe: vt
nec virgã ferrent. Marcus ne qd tollerent
niſi virgã. Sed illi realiter virgam acci-
piunt. Marcus per virgam poteſtatẽ ac-
cipiendi neceſſaria a ſubditis intelligit.
Calciatos

NICO. DE LYRA

virtutẽ in aĩa exiſtentẽ. Dicũt tamen
aliqui cp iſta virtus operãtis miracula nõ
eſt aliqua virtus mãſiua per modũ habi-
tus ſed per modũ paſſionis trãſeũtis: ſicut
& ꝓphetia: ꝑpter qđ tales nõ poſſunt fa
cere miracula quotiẽſcũq; volũt nec ꝓ-
phetare. Sed quicquid ſit de cõcluſione. ratiõñ valet: quia ſicut
dictum eſt talis virtus operandi miracula nõ eſt principalis: ſed
tantũ inſtrumẽtalis. Inſtrumentũ autem operari nõ poteſt q̃uis
ſit perfectũ per formã ſuam niſi moueatur actualiter per manũ
artificis: ſicut patet cp ſecuris non poteſt ſecare niſi per manum
artificis moueať: & ideo dato cp talis virtus ſit mãſiua nõ poteſt
tamen operari ad miracula abſq; motione diuinæ virtutis prin-
cipaliter agentis ſi tñ talis virtus ſit manſiua vel per modũ paſ-
ſionis trãſeũtis ſolũ ſicut eſt motio iſtrumẽti cũ mouеť ab agẽte
principali: nihil dico modo. Itẽ ad cõcluſionẽ inducť illud quod
a ſanctis doctorib⁹ catholicis dicit de ſacramẽtis nouæ legis vi
delicet cp efficiũt qđ figurãt: ita cp tãq̃ quædã inſtrumẽta diuinę
miſericordiæ agunt ad inductionẽ gratiæ ipſam inſtrumẽtaliter
attingẽdo: vel ſaltẽ aliquã diſpõnem ad ipſam: vt characterẽ vel
aliqd ſimile correſpõdẽs in ſacramẽtis quæ nõ imprimũt chara-
cterẽ: ita cp in ſacramẽtis eſt aliqua virtꝰ ad efficiẽdũ modo præ-
dicto: & tñ ſacramẽta cõſiſtũt in q̃busdã rebꝰ ſenſibilibꝰ: & ideo
multo fortius videť cp in aĩabus ſanctorũ virorũ defunctorũ vel
viuentiũ poſſit poni aliqua virtꝰ diuinitus eis cõceſſa in operibꝰ
miraculoſis per modũ prædictũ. Ex dictis patet qđ dicẽdũ ſit de
humanitate xp̃i quæ eſt organũ ſeu inſtrm ꝓiũctũ ipſi deitatis:
ſicut manus eſt inſtrm artificis. Hoĩes aũt aliq̃ ſpũcũq; ſancti nõ
ſunt ſic ꝓiũcti. & ideo ſunt quaſi quædã inſtrumẽta deitatis ſepa
rata: & adhuc plus ſeparata ſunt eccleſiæ ſacramẽta. inſtrumentũ
autem coniunctũ magis participat efficaciã agentis principalis
cp ſeparatum

ET egreſſus inde Cap. VI. a
a ¶nazareth vbi natus fuit.
abiit in pãtriam ſuã: & ſe-
quebãtur eũ diſcipuli ſui.
a ¶male ſabbatum celebrat qui vacat a bonis
operibus.
†Et factõ ſabbato cœpit in ſynagoga
a ¶vt pluribus proficiat.
dõcere: & multi audiẽtes admirabã-
atur in doctrina eius, dicentes. Vnde b
¶.i. doctrina.
huic hæc oĩa. Et quæ eſt ſapĩa quæ
¶vel huic. a ¶Beda. ſanitates.
¶miracula.
data eſt illi: & virtutes tales quæ per
manus eius efficiũtur. †Nõne hic eſt c
¶cognatus.
b faber filiꝰ mariæ frater iacobi & ioſ
ſeph & iudæ & ſimonis. Nõne & ſo-
rores eius hic nobiſcũ ſunt. Et ſcan-
¶hac de causa. ¶ergo.
dalizabãtur in illo. † Et dicebat eis
¶prophetã ſuſcitabit vobis deꝰ.
c ieſus: qa nõ eſt ꝓpheta ſine honore
niſi in patria ſua: & in cognatione
d ſua & in domo ſua. Et nõ poterat ibi d
virtutẽ vllã facere, niſi paucos infir-
e mos impoſitis manibus curauit: & e
mirabať ꝑpter incredulitatẽ illorũ.
Et circumibat caſtella in circumitu f
f docens. Et conuocauit duodecim: & g
¶charitate concordes.
g cœpit eos mittere bínos: & dabat il-
lis poteſtatẽ ſpirituũ immũdorũ. Et h
h ꝑcæpit eis ne qd tollerẽt in via niſi
a ¶poteſtatem viuendi de euangelio.
¶onus ſæculi. ¶delitias.
virgã tãtũ, nõ peram, nõ panẽ, neq;
rabať propter &c. Fides eĩ credẽtiũ eſt meritoria de cõgruo cp
eis fiãt miracula ſicut patet ca. ꝑcedẽti de muliere ſanguiniflua
cui dictũ eſt a xp̃o. Fides tua ſaluã te fecit: & in multis alijs locis i
euãgelio ſimile habetur. f ¶Et circũibat caſtella &c. quia ſui
doctrinã ei⁹ repulerãt: conuenienter ad alios docendos tranſiuit
& ita fecerunt apoſtoli: ſm cp dicitur Act.xiij.g. Vobis oportе
bat primum loqui ſcilicet iudæis verbũ dei. ſed quia repellitis
illud & indignos vos iudicatis ęternæ vitę: ecce cõuertimur ad
gẽtes: ſic enim præcæpit nobis deus. g ¶Et conuocauit duode
cim. Superius. iij. ca. deſcripta eſt collatio poteſtatis prędicãdi fa
cta apoſtolis. hic deſcribitur executio dictæ poteſtatis. & prio de
ſcribitur apoſtolorum miſſio ad prędicandum. ſecundo, eorũ re
uerſio ad chriſtum, ibi: Et conuenientes apoſtoli ad ieſum. Pri
ma in duas. quia primo deſcribitur dicta miſſio. ſecundo ex hoc
ſurgens herodis opinio, ibi: Et audiuit rex herodes. Expoſitio
primę partis patet ex dictis Matthęi. x. exceptis quę ſequuntur.
Sed calciatos

Moraliter. a ¶Et egreſſus inde abijt in patriam ſuam &c. Moralr.
b ¶Vnde huic hæc oĩa. Iſti ſiſles ſunt ruſticꝰ q crucifixũ adora
re nolebat: eo cp lignũ creauerat in horto ſuo. g ¶Et cõuo. duo
decim. Sequiť: h ¶Et ꝑcæpit eis ne quid tol. &c. Bed. Per-
perã onera ſeculi. p. panẽ delitiæ corpales p æs in zona, ſapiæ oc
cultatio deſignať: qa q̃ſqs officiũ doctoris accipit, neq; onerib⁹
ſæcularib⁹ negocijs deprimi, neq; delitijs carnalib⁹ reſolui, neq;
cõmiſſum ſibi talẽtũ ꝓbi ſub ocio lenti corpis debet abſcõdere.

¶Quinta pars. p ij Quocũq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

B a ¶Calciatos sanda. Beda. Vt pes neq; tectus sit neq; nudus ad terrā, id est nec euangelīū occulteturnec terrenis cōmodis innitatur. b ¶Ne inde duabus tu. Beda. Quod est vt simpliciter ambulēt nō dupliciter. c ¶Excutite puluerē. Beda. Puluis excutit de pedibus in testimoniū laboris sui q̄ ingressi sunt ciuitatē: q̄ prædicatio vsq; ad illos peruenerit. Vel q̄ nihil ab eis accæperit ad victum necessariū qui euangelium spreuerunt. d ¶Et vngebant. Beda. Iacobus dicit. Infirmatur quis in vobis: indu. p. ec. o. super. e. vn. e. o. &c. Vnde pater ab apostolis hunc morem esse traditum vt energumini: & alij ægroti vngantur oleo a pontifice consecrato. e ¶Et audiuit. Beda. Lucas. Audiuit herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo & hæsitabat eo q̄ dicebatur a quibusdam q̄ iohānes resurrexit a mortuis, a quibusdam vero q̄ helias apparuit. Vnde intelligendum aut confirmatum eum ex aliorū verbis credendo dixisse: aut adhuc hæsitando. Quē ego decolla. &c. f ¶Quia iohānes baptista &c. Beda. Mira contra dīm inuidia iudæorum: iohānem (de quo dictum est: quia nullum signū fecit) potuisse resurgere nullo attestante credunt. Iesum signis & virtutib⁹ approbatum, cuius mortē elemēta tremuerunt: & resurrectionem & ascensionē angeli & apli: viri & fœminæ prædicauerunt non resurrexisse: sed subleuatum esse furtim credere maluerunt. g ¶Philippi fratris sui. Bed. Vetus historia narrat philippum maioris herodis fuisse filium: & fratrem herodis sub quo passus est dominus & duxisse hærodiadem filiam archelaī & postea arethā ortis simultatibus filiam suam tuliſse & herodi inimico philippi in dolorem ipsi⁹ nuptijs copulasse. Egisippus vel iosephus tamē lōge aliter. h ¶Non licet tibi &c. Beda. Qui venerat in spiritu & virtute heliæ herodem arguit & herodiadē: sicut Helias achab & iezabel, malens apud regem periclitari, q̄ immemor esse præceptī dei. ¶Beda. Soli herodes & pharao leguntur natalis sui diem celebrasse & vterq; solēnitatem sanguine fœdasse. Sed herodes tanto nequius quāto sanctum & veritatis doctorē regis cœlestis præconē occidit: & pro voto saltatricis caput occisi ante cōuiuas inferre nō puduit. Pharao peccatē eunuchū occidit. Vtriusq; tamen exemplo melius est & vtilius nobis diem mortis semper cōmemorādo timere, q̄ diem natiuitatis luxuriando celebrare. Hō enim ad laborē nascitur & sanctī per mortē trāseunt ad requiē. i ¶Et iu. Beda. Nō excusat a periurio per iuramentū. Ideo eīm forte iurauit vt occasionē inueniret occidēdi: & si illa patris aut matris interitū postulasset: nō vtiq; p̄cessisset herodes. k ¶Et cōtri. Beda. Cōsueto more scripturę contristat⁹: nō re, sed multor⁹ opiniōe. Sicut & ipse iosephab ipsa q̄q; maria dicit pr̄ iesu: sic cōtristatus herodes: q̄a hoc discūbētes putabāt. Dissimulator mētis suę tristiciā p̄serebat in facie, lęticiā celabat i mēte. Scel⁹ iuramēto excusabat: vt sub occasiōe pietatis ipi⁹ fieret.

Ioco. 5. c.

Luc. 9. a.

Ge. 4. o. d

Iob. 5. b.

F

1. Re. 18. c. & 21. f.

Caput eius

a ¶occultam sapientiam.

a in zona ēs: sed calciatos sandaliis: & a ¶ne alia induti, aliā i futuro reseruēt: nō q̄ vna tunica in locis glacialibus cōtenti esse debeam⁹.

b ne induerētur duabus tunicis. † Et dí a ¶alienū est a p̄dicatore per domos cursitare. & hospitij iura murare.

cebat eis. † Quōcūq; introieritis do b mū, illic manete donec exeatis inde. Et qcūq; nō recæperint vos nec audierint vos, exeūtes inde, excutite puluerem de pedib⁹ vr̄is in testimoniū illis. a ¶accæpta ptāte & auditis præceptis a domino. b ¶q̄ est prima via salutis.

† Et ēxeūtes p̄dicabāt vt pnīām agerēt c & dæmonia mīta eiiciebāt: & vngebāt c ¶ic.

c oleo mīltos ægros & sanabant. † Et au d a ¶qa tor signa fiebant. b ¶pelliceus. c ¶Hier. nō est fas lucernam abscondi sub modio.

dixit rex herodes mānifestū eīm factū a ¶christi. b ¶Be. bn̄ sentit de resurrectione q̄. d. maioris potentiæ sunt futuri post resurrectionē.

f est nomē ei⁹ & dicebat. Quia iōhānes baptista resurrexit a mortuis: & propterea virtutes opant in illo. Alii aūt dicebāt: qa helias est: alii vero dicebāt a ¶esset. b ¶non dn̄s prophetarg.

qa ppheta est quasi vnūs ex ppheīs. a ¶Beda. hæc pronunciatio vel affirmatiua vel dubitatiua.

Quo audito herodes ait. Quēm ego a ¶Hiero. Non p ironiā: exp̄sse ꝓnunciat.

decollaui iohānē: hic ā mortuis resurrexit. † Ipse ei herodes misit ac tenuit e iohānē & vinxit eum in carcerē ꝓpter a ¶Beda terrarchę ituręe & traconitidis regiōis.

g herodiadē vxorē philippi frātris sui: quia duxerat eā. Dicebat eīm iohānes h herodi. Nō licet tibi habere vxorē fra ¶adhuc viuentis.

tris tui. Herodias aūt insidiabat illi: f & volebat eū occidere, nec poterat. Heg ¶ideo. ¶vel enim.

rodes aūt metuebat iohānē, sciēs eum virū iustū & sanctū & custodiebat eū. Et audito eo multa faciebat: & libēter h eū audiebat. Et cū dies oportun⁹ accidisset: herodes natalis suæ cœnā fecit principib⁹ & tribunis & primis galilææ. Cūq; introisset filia ipsi⁹ herodiadis & saltasset & placuisset herodi: simulq; recūbētib⁹, rex ait puellæ. Pete a me quod vis & dabo tibi. Et iurauit illi: qa qcqd petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quæ cū exisset dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: a ¶Beda. timebat ne herodes aliqn̄ resipisceret vel fratri amicus fieret.

caput iohānis baptistæ. Cūq; itroisset statim cū festinatione ad regē, petiuit ¶in altari.

dicēs: Volo vt ptin⁹ des mihi in disco ¶dignū saltatiōe sanguis p̄miū. ¶opiniōe: nō re k caput iohānis baptistæ. Et cōtristat⁹ est i

a ¶Sed calciatos sandaliis. Mat. x. dicitur q̄ non portarent calciamenta. Ex quo patet q̄ sandalia nō dicuntur calciamenta propriē: qa illis poterant vti apostoli: vt hic dicitur: c ¶Et vngebāt † Non oleo multos &c. Ex hoc loco patet q̄ vn 12. b. actio extrema quæ est infirmor⁹, fuit instituta a christo. d ¶Et audiuit rex herodes. Hic cōsequēter describit opinio herodis de iesu. Et diuidit in duas partes. s. Diuisionem principalē & incidentalē. Sed⁹ a ibi: Ipse enim herodes. Circa primum sciendū q̄ apostolis p̄dicantibus aduentum xpi & eius miracula. qa nō solū erant p̄dicātes sed etiam facientes miracula in nomine eius: herodes audiuit famā de iesu & credidit: licet falsō q̄ ipse esset iohannes baptista quem ipse decollauerat & q̄ a mortuis surrexisset. Ex quo patet q̄ iste herodes non fuit de secta saduceorū qui negabant resurrectionē: sed de secta pharisæorū q eam confitebantur. vt hr Act. 14. xxiij. Cætera patēt ex dictis Matth. xiiij. Luce e ¶Ipse eīm herodes. Hic ponitur pars incidentalis. Intentio enim principalis euangelistæ erat describere gesta christi. Et quia propter opinionem herodis de christo fecerat mentionem de decollatione iohannis baptistæ. ideo incidentaliter hic describit modum dictæ decollationis. Et primo describit⁹ eius incarceratio. secundo, incarcerati decollatio, ibi: Herodias aūt. tertio, decollati tumulatio ibi: Quo audito discipuli eius vene. &c. Sententia aūt istarū trium partium patet ex dictis Mat. xiiij. excæptis quæ sequuntur circa partem sed⁹am. f ¶Herodias autem insidiabat &c. Ipsa enim timebat ne herodes ad prædicationem iohannis de peccato suo pœniteret: & eam marito suo redderet, & ideo quærebat mortem iohannis. g ¶Herodes autem me tuebat iohānem. Solo enim metu tenebatur ab interfectione iohannis: quia p pter sanctitatem eius quæ erat nota toti populo timebāt si iohannem interficeret ne totus populus insurgeret contra eum: vt plenius patet Matthæi. xiiij. h ¶Et libenter eum audiebat &c. Totum istud erat simulatorium. vt ex tali auditu iohannis obtemperatione dictis eius in aliquibus retineret populum rebellione contra ipsum. Et similiter q postea iurauit dare puellæ saltanti quic quid peteret fuit malicioſe factum: vt ratione iuramenti & multitudine magnorum cum eo comedentium haberet occasionem decapitādi iohannem ablq; rebellione populi q habuit eum exculsatum saltem i parte propter ista. Et hāc sententiam tenet Beda super locum istum & quod subditur: i ¶Et contristatus est rex. dicit Beda q̄ licet contristaretur in facie: lętabatur tamē in corde.

Ecclus. 1. b. Deut. 13. c

Matt. 14. b.

Rom. 9. f

Co. 11. d

Hier. 31. e

Ioh. 3. a

B

Matt. 14. b.

Et conue

b ¶Quocumq; introieritis in do mum &c. Theophilus ne de gula contingeret eos reprehendi ab aliis in alios transeuntes. d ¶Et audiuit rex herodes &c. Sequitur postea. i ¶Et contristatus est rex &c. Beda. Dissimulator mentis suæ tristiciam præfert in facie: cum læticiam haberet in mente: sed luscę excusat iuramento: vt sub occasione pietatis magis impius fieret & ideo p ipsum signantur illi qui sub specie religionis iustitiæ machinantur opus facere malignantis. Per herodiadem vero signatur

luxuria.

A a ¶Caput eius in disco. Beda. Hiero. Caput legis quod est xp̄s a corpore abscidit: ꝓprio. i. a iudaico populo: & datur puellæ de gētib⁹, i. romanæ ecclesiæ: & puella dat matri suæ adulteræ. i. synagogæ in fine creditur. Corpus iohānis sepelit: caput in disco locat: littera humo tegit: spūs in altari honorat ac sumit. ¶ Beda.

Iohā. 3. b

Iosephus antiquita. lib. 18. ca. 14.

a ¶Be. vult omnes simul sceleris sui esse cōsortes vt in luxurioso conuiuio cruente epule deserrentur.

rex, propter iusiurandū & p̄pter simul recumbētes noluit eam contristari: sed misso spiculatore præ ¶altari.

cepit afferri caput eius in disco: & decollauit eū in carcere. Et attulit a ¶christū. b ¶legis.

a caput eius in disco: & dedit illud a ¶ecclesia de gentibus. ¶synagogę.

puellæ: & puella dedit matri suæ. † Quo audito, discipli ei⁹ venerūt ¶litteram.

b & tulerūt corpus eius: & posuerūt c illud in monumēto. Et cōueniētes a a ¶riui ad fontem. ¶gratias agentes.

d ap̄li ad iesum, renūciauerūt illi oīa b quæ egerāt & docuerāt. Et ait illis: a ¶ne malis consentiatis.

e venite seōrsum in desertū locū: & e a ¶Hic breuis requies sanctis longus labor. ¶Ideo oportuit discipulos requiescere: Erāt em &c. b ¶Fœlix studiū discentiū.

f requiescite pusillum. Erant enim ¶vt latro. ¶vtiudas.

qui veniebant & redibāt multi. Et ¶Fœlix labor docentiū. ¶quia nondum est conuiuium horum.

nec spaciū manducandi habebant. a ¶nō solū discipuli: sed cū domino vt Matheus dicit.

h Et ascēndētes in nauim abierūt in f a ¶Ignis nō absc̄ditur q̄ semp̄ lucet.

desertū locū seorsum. Et videront g eos abeuntes & cognouerūt multi i & pedestres de oibus ciuitatibus h cucurrerūt illuc & præuenerūt eos.

† Et exiēs vidit turbā multā iesus: k & misertus est super eos: quia erāt i sicut oues non habētes pastorem: l & cœpit illos docere multa. Et cum k a ¶vespere: vnde lucas. Dies autem cœperat decli.

iam hora mūlta fieret, accesserunt discipuli ei⁹, dicētes: Desertus est locus hic: & iam hora p̄teriit: dimitte illos vt eūtes in p̄xīmas villas & vīcos emāt sibi cibos quos

proprio labore pedum iter deserti arripiunt & saluti desiderū C ostēdunt. Rursus ipse excipiendo fatigatos: docendo insciōs, sanādo ægrotos: recreando ieiunos: q̄tum deuotione credentiū de lectet insinuat: i ¶Et pedestres. Nota quia non in aliam maris ripam sine iordanis nauigio puenerūt. Sed trāsito aliquo freto vel stagno, p̄ximos eiusdē regionis locos adierūt quo etiā pedestres indigenæ p uenire potuerunt. k ¶Et misertus &c. Beda. Quō miser⁹ fit matthæ⁹, pleni⁹ exponit hoc mō. Et misertus est eis: & curauit languores eorū. Hoc est em pauperū non habentiū pastorem veraciter misereri: & viā veritatis aperire. & languidos curare & ieiunos reficiendo ad laudē supnę largitatis aiare: q̄ sequētia eū fecisse declarant. l ¶Et cum iam ho. Die declinata saluator turbas refici: qa vel fine sæculi propinquante: vel cū sol iusticię p nobis occubuit a diutina spiritalis inediæ sum⁹ liberati fame. ¶Be. Alle. Christum deserta gentiū petentē multæ fidelīū cateruæ relictis mœnib⁹ prīsæ cōuersationis: negle ctoq; variorū dogmatū p̄sidio sequunt: et cū primū not⁹ i iudęade⁹ trūc exaltatus est sup cœlos & super omnē terrā glia ei⁹. Date illis

Allego.

† Matth. 14. b. Pō. 75. a.

a ¶Et conuenientes. Hic describit reuersio aplorū ad christum: vbi primo describit cōdescensio christi ad aplos reduentes. Sed⁹ ad pplm ipm sequētē, ibi: Et viderūt Circa primū dr: Et conuent. ap̄li ad se. de prædicatione redeuntes ad ipsum. b ¶Renūciauerūt il. oīa quæ ege. miracula faciendo. c ¶Et docuerāt. p̄dicando ostendentes q̄ mādatū ei⁹ executi fuerant fideliter. d ¶Et ait illis. compatiendo eis de laboribus suis. e ¶Venite se. &c. vt. s. post laborem quescerent aliquantulū in hoc ostēdit christ⁹ q̄ p̄dicatores verbi diuini post laborem possunt recipe recreationē competentem f ¶Et ascenden. in na. vt segregati a turbis possent quiescere. g ¶Et viderunt eos. Hic p̄r describitur cōdescensio ipsi⁹ christi ad pplm ipm sequētem. Et primo describitur dicta condescensio: secundo, pharisæorū cōsultatio cap. sequenti. Circa primū primo describit condescensio christi ad pplos ipsos pascēdo, sed⁹o, ad discipulos eos de periculo liberādo, ibi: Et coegit discipl⁹ suos. tertio, ad infirmos ipsos curando, ibi: Et cum transfretassent. Sen tentia aūt istarum triū partiū patet ex his q̄ dicta sunt Matt. xiiij. vsq; ad finē illius ca. excæptis q̄ sequunt. Quātū ad primā partē dr: i ¶Erant si. &c. Sacerdotes em illius tēporis & principes erant sicut lupi rapaces spoliātes pplm bonis tēporalib⁹ & g malū exēplū spiritualibus: sed christus tanq̄ bonus pastor pascebat eos spiritualiter cōtinue verbo doctriæ suæ: & ali qn̄ corporaliter f⁹m qd⁹ dr consequenter.

† Matth. 9. d.

Mystice

Eūntes ema

luxuria. Per saltatricē dissolutio libidi nosa per quas iohannis. i. hoīs gratiosi fre

Moraliter.

quenter procuratur mors spiritualis: & aliqn̄ corporalis. d ¶Et ait il. veni. se. &c. Theophilus. Quiescere facit christ⁹ discipulos suos vt discāt p̄positi q̄ q laborāt in ope & sermōe, requiē proměrenī: & q̄ nō debēt cōtinue laborare. h ¶Et pedestres &c. Adhuc tp̄ib⁹ istis pauperes & mediocres p̄sonę magis currūt ad sermones q̄m magnæ. k ¶Et cū iam ho. &c. Beda. Mystice: declinata die: turbas saluator reficit: qa cū sol iusticiæ pro nobis occubuit, a spiritualib⁹ inediæ tabe sum⁹ saluati. Prouocat apostolos ad fractionē panis: insinuans q̄ quotidie p eos sint corda nr̄a pascenda: eorū. s. lris & exēplis. Per q̄nq; panes q̄nq; libri moysi. p duos pisces prophetæ. & psalmi figurantur. Duodecim cophini

Quinta pars.

sunt duode

Universidad de Deusto
Biblioteca

E ℣ 3 ¶Date illis. Prouocat apl̃os ad fractionẽ panis: vt illis se nõ habere testãtibus: magnitudo signi notesceret. Et insinuãs quia quotidie per eos iejuna corda sunt pascenda, cum eorũ exemplis vel verbis ad amanda cœlestia suscitamur. Notãdũ ꝙ hoc panũ miraculũ iohãnes scripturus præmisit ꝙ proximũ esset pascha. Iohã.6.a Mat.14.b.

a ¶Q. vestrum est officium. Allego.

a mãducent. Et ñdens ait illis. Date illis manducare. Et dixerunt ei: †Eũtes emamus ducẽtis denariis a panes & dabimus illis mãducare: & dicit eis. Quot panes habetis? b Ite & videte: & cum cognouissent ¶libros moysi. ¶prophetas & psalmos.

b dicunt. Quinq; & duos pisces: & præcepit illis vt accũbere facerent ¶diuersos ordines. ¶continentem carnem.

c oẽs ſm ordinem supra viridem fœnũ. a ¶pectam requiem.

d Et discubuerũt in partes p cẽtenos ¶requiem.

e & quinquagenos. Et accæptis quinq; panibus & duobus piscibus in a ¶sursum dirigendam faciem mẽtis significat ad lucem scientiæ quærendam.

f tuẽns in cœlum benedixit & fregit ¶qui sunt dispensatores verbi. panes: & dedit discipulis suis vt ¶aperirent. ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus: & manducauerunt g oẽs, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos plenos & de piscibus. F

h Erant aũt qui mãducauerunt quinq; a ¶quia sicut Iohannes post hanc refectionẽ statim continuat: venturi erant vt caperent & facerent eum regem. milia virorum. † Et statim coegit i discipulos suos ascẽdere nauim: vt præcederent eum trans fretum ad k bethsaidam: dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, a ¶Beda. pro se obsecrat: sed pro me impetrat. l abiit in mõtem orare. Et cum sero

emolliendo decipiant crebris a dño precib⁹ implorem⁹. k ¶Ad bethsaidam. Bethsaida ciuitas est in galilæa andreæ & petri & philippi prope stagnum genesareth. Sed marcus dicit peracta refectione venisse trans fretum ad bethsaidã: Lucas ꝙ in locis bethsaidæ factũ fuerit miraculum. Ait enim: assumptis illis se cess. seor. in locum desertũ qui est bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbę: secutæ sunt illũ: & excepit eos &c. vsq; ad refectionẽ illam. Sed forsitan Lucas desertum locum q est bethsaidæ, nõ ipsius vi- † Matt. cinię ciuitatis dixit: sed loca deserti ad eã 14.b. ptinentis. Marcus em̃ dicit aperte ꝙ pce- Luc.9. derent eũ ad bethsaidã vbi ipsius fines ci Iohã. uitatis notat. Lucas vero q non dicit in desertum locũ qui est bethsaida: sed qui est bethsaidæ: forte non ipsam ciuitatem sed locum desertũ ad ipsam ptinẽtẽ intelligit voluit. Iohannes dicit turbas mãducasse panem iuxta tyberiadẽ: & ascendentes naui in capharnaum trans mare quæ ambæ sunt ciuitates galilææ iuxta stagnũ genesareth: quod etiã tyberiadis a tyberiade ciuitate sic vocat. l ¶Abiit in mon. &c. Bed. Bene orat qui deum orando quærit: a terrenis ad superiora progrediens: verticem curiæ sublimioris ascendit. Qui de diuitijs, aut honore sæculi, aut de morte inimici orat in imo iacens viles ad deum preces mittit. Orat aũt dñs non pro se sed p me. Nam & si omnia posuerit pater in manu filij: filius tamen vt formam hominis impleret obsecrat patrẽ pro nobis: qui aduocatus est nobis, vñ: Aduocatum habem⁹ apud patrem iesum christũ. Si aduocatus est: debet pro nostris interuenire peccatis. Non ergo quasi infirm⁹ obsecrat: sed quasi pro impetrat. Omnia quę vult potest: quia ad uocatus & iudex noster est: alterum pateris officium: alterum potestatis insigne.

☞ Et ipse so-

NICO. DE LYRA

✠ a ¶Eũtes emamus ducen. &c. Ioh. vi. a. dicitur ꝙ iesus quæsiuit a philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi: et ibidem subditur: Hoc autem dixit tentãs eum. Ipse enim sciebat quid esset factus rus: & tunc philippus respondit vt ibidem dicitur: Ducẽtorum denariorum panes non sufficiunt eis &c. q. d. i. Tantum precium non habemus cum pauperes simus. Et hic marcus dicit discipulos generaliter hoc rnũdisse: licet aliquo modo subaliꝰ verbis. Euntes emamus ducentis denarijs. q. d. si vellemus eis dare ad mandu-

a ¶Et ipse solus &c. Qui aliqñ oĩno in periculis ecclesiam deseruisse videt. vnde: Vtqđ dñe re. lon. &c. Sed qa differt auxiliũ nõ aufert subsidiũ. vnde sequr. b ¶Et circa quar. Beda. Stationes & vigiliæ militares, horarũ spacio diuidũtur: patet ergo eos tota nocte laborasse: & diluculo appropinquãte auxiliũ hausisse: quia cũ pressuris obsita humana fragilitas paruitatẽ viriũ suarũ cõsideret: in se nihil nisi tenebras angustiarũ: & horũ infurgẽtiũ æstus cernit. Cũ ꝙ mẽtẽ ad superni psidij lumen: & ad ppetuæ retributiõis dona erigit: quasi ĩter vmbras noctis repente ortũ luciferi cõspicit q diẽ proximũ. i. christũ nunciet. Lucifer nãq; tres horas noctis. i. totã vigiliã matutinã illuminare dr. c ¶Et volebãt præ. &c. Beda. Vt ad horã. s. cõturbati: sed ꝓtinuo liberati: plus liberationis suæ miraculũ stuperent: & ereptori suo maiores gratias referrẽt. Sic sæpe diuina pietas in tribulatione videt fideles deseruisse, quasi laborantes in mari discipulos puteat iesus voluisse præterire. vnde: Quare me dere. & quare cõtri. ince. dũ affli. me inimic⁹. Sed cõtinuo dñs adest, quasi diceret. Cũ trãsieris per aquas, tecũ ero: & flumina nõ operient te: cũ ambulaueris in igne: nõ cõburaris: & flãma nõ ardebit in te. vnde sequr: Et statim locut⁹ est &c. d ¶Putauerũt phan. Beda. Adhuc hæretici putãt phantasma esse: nec veram carnem de virgine assumpsisse. Theodorus em̃ pharanitan⁹ eps scripsit põdus corporale fm carnẽ nõ habuisse dñm: sed absq; pondere & carne supra mare ambulasse. Fides aũt catholica & pondus eũ ſm carnẽ habuisse prædicat: & onus corporeũ & cum pondere & onere corporali incedere supra aquas nõ insusis pedib⁹. vnde Dionys⁹ in opusculis de diuinis noibus ita ait: Ignoramus qualiter de virgineis sanguinib⁹ alia lege præter naturalẽ formabat: & qualiter nõ insusis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidã & instabilem substantiã. e ¶Nolite timere. Prima subuẽtio, est pellere timorẽ. secũda, tẽpestatẽ psentiæ suæ virtute compescere. Nec mirũ si dño ascendẽte in nauim cessat ventus: quia in quocũq; corde p gratiã sui amoris adest mox vniuersa vitiorũ & aduersantis mũdi & malignor⁹ spiritui bella quiescunt. f ¶Non enim &c. Beda. Miraculo panũ ꝙ esset rerũ cõditor, ostẽdit. Ambulando super vndas: ꝙ totũ corpus habebat libertum ab omni grauedine peccati. Placãdo ventos & vndas ꝙ elemẽtis dñarẽt, ostẽdit. Sed carnales adhuc discipuli magnitudine quidẽ virtutũ stupebãt: sed diuinę maiestatis veritatem non cognoscebant. g ¶Cognouerũt. Rumore, nõ facie vel magnitudine signor⁹: etiam vultu pluribus notus erat. h ¶Fimbriam. Beda. Minimũ mandatũ quod qui trãsgressus fuerit: minimus vocabitur in regno cœlorũ: vel assumptionem carnis per quam venimus ad verbum dei.

a ¶sic ecclesia in fluctibus sæculi tendens ad litus patriæ cœlestis.

a esset, erat nãuis in medio mari: & a ¶pietatis aspectu. s. corroborat. ipse solus in terra. Et vidẽs eos laborantes in remigãdo: erat enim ¶flatus dæmonum.

b vẽtus cõtrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ¶comprimẽs omnia pericula mundi.

c ambulans supra mare, & volebat b ¶ad horã vt gratior esset liberatio. ꝓterire eos. † At illi vt viderunt eũ d ambulantẽ supra mare, putauerũt ¶non enim putabant verum corpus super aquas incedere posse. phãtasma eẽ, & exclamauerũt. Oẽs em̃ viderũt eũ & cõturbati sunt. Et ¶Isid. videbimus eum sicuti est.

statim locut⁹ est cũ eis, & dixit illis. e Cõfidite: ego sum: nolite timere. ¶ecclesiam. † Et ascendit ad illos in nauim & cessauit vẽtus. Et pl⁹ magis intra se a ¶magnitudie miraculoꝝ, & nõ cognitione deitatis & hoc est: Non enim &c.

f stupẽbant. Non em̃ intellexerũt de ¶quare. panibus: erat em̃ cor eorũ obcæcatum. † Et cũ trãsfretassent, venerũt in terrã genesareth, & applicuerũt. Cũq; egressi essent de naui cõtinuo c ¶incole. ¶Mira fides: nõ præsentiũ tãtum salute ꝓẽti sunt: mittũt ad illos per circuitũ: vt currãt omnes ad medicum.

g cognouerũt eũ: & percurrẽtes vniuersam regionẽ illã, cœperũt ĩ grabatis eos q se male habebãt circũ- ¶infirmos. ferre vbi audiebãt eũ esse: & quocũq; introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebãt in h firmos: & depcabant eũ vt vel fimbriã vestimẽti ei⁹ tãgerẽt: & quot- a ¶hoc i futuro. ¶qñ ausugier dolor & gemit⁹ quot tangebãt eum, salui fiebãt.

NICO. DE LYRA

✠ b ¶Et volebat præte. eos. eo mõ sicut post resurrectionẽ suã ambulãs cũ duobus discipulis suis euntibus in emaus finxit se longius ire: vt habet Lucæ vlti. Nec rñ fuit ibi aliqua duplicitas seu falsitas: fm ꝙ dicit beat⁹ Grego. Hoc em̃ fecit vt sic ostenderet se eis exterius qualis apud eos erat in mẽtibus eor⁹ interius: erant em̃ dubij in fide resurrectionis christi, & tardi ad credendũ: vt ibidẽ dicit: & propter hoc dubiũ, erãt aliquãtulũ elõgati a veritate: & ideo apparuit eis in peregrina effigie: & finxit se lõgius ire: qa tales apparitiones fiunt cõiter fm dispositionẽ interiorũ ipsorũ qbus fiunt. Et eodẽ modo dicit hic ꝙ volebat ꝓterire eos: quia erant paruæ fidei fm ꝙ dicit in textu: qa putabãt phãtasma esse: & ta men

cepta: quod est manifeste contra rõnẽ: vnde aliter dicendum est. Ad quod sciẽdum ꝙ calciamẽta seu sandalia possunt dupliciter portari. Vno mõ in pedibus prout cõmunius fit. Alio modo ligata sub cingulo vel recondita in sacculo vel in pera & hmõi: put pauperes itinerantes qñq; faciunt: vt cũ corrũpunt vel deficiũt calciamẽta seu sandalia q habent in pedib⁹, puideãt sibi de alijs q̃ secum portãt modo prædicto. Prio modo nũq; fuit, plubi tum apl̃s vti sandalijs nec calciamẽtis scilicet in pedib⁹: qa hoc pertinet ad velocius seu expeditius incedendũ. Vnde israelitici vt citius exirent de ægypto & nõ defidiose ambularẽt: præcipiebatur a dño vt haberent calciamenta in pedib⁹: put ipse mei- po stillator dicit Exo. xij. Secundo vero modo ꝓhibitũ est apl̃is eũtibus ad prædicandum scilicet portare calciamẽta in sacculo vel huiusmodi: qa hoc est impedimẽtũ itineranti sicut & alia superflua vel duplicia quę omnino, phibebãt apl̃is eũtibꝰ ad p̃dicãdũ

¶Quinta pars. p iiij vt in præsenti:

ADDITIO. I.

Cũ xp̃s etiã in hac vita summũ gradũ cõtẽplationis attigit nullo modo dici potuerit ociosus etiam si aliqñ ab omni actiõe seu exercitio corpali cessasset: hoc enim ptinet ad ꝓtẽplatiuã vitã ab exteriori actione quiescere fm Gregoriũ in. vi. moraliũ. & ideo irrõnabile est attribuere christo occupationem in artibus mechanicis ad remouẽdũ ab eo ociositatẽ nec ex hoc ꝙ illi de nazareth ipm̃ fabrũ vocabãt cõcludit ipm̃ fuisse fabrũ. sicut nec sequit ipm̃ habuisse sorores: licet ipsi dixissent. Nõne sorores ei⁹ hic nobiscũ sunt: sed fabrum ipm̃ dicebãt ad vilipẽdẽdã doctrinam christi: Frequẽter enim hi q occupãtur in actionibus corporalib⁹ deficiũt ab intellectualib⁹. Vel dicendũ fm Aug. ꝙ eo ipso fabrũ christũ credebant, quo fabri filiũ qa cõiter filij credũt habere artẽ ꝓpriis

†Matth. 14.d.

¶In eo. ca. vi. vbi dr ĩ postil. Ex quo patet ꝙ sandalia non dicuntur calciamenta.

ADDITIO. II.

Manifestũ est ex communi modo loquẽdi ꝙ sandalia sunt quædam species calciamenti. Calciamentũ enim se habet vt genus ad oĩa quibus pes induit. Vnde si apl̃i prohibentur ne aliquo modo portarent calciamenta prout intelligit postillator: ex consequenti non possent portare sandalia cum sint q̃dã species calciamenti. & sic essent eis imiuncta contraria præcepta: quod est manifeste contra rõnẽ: vnde aliter dicendum est.

†Matth. 14.c.

Moralr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in p̄senti cap̄. Veritas aũt hui⁹ distinctiõis. s. de duplici modo portãdi calciamẽta: patet ex mõ loquẽdi sacrę scripturę. Nã Mat. x.b. vbi calciamẽta eis, phibebãt, nõ phibet eis portare i pedib⁹. Dicit em. Nec calciamẽta: nec virgã. Sic̃r Luc.x.a.dicit. Nec perã, nec calciamẽta: nõ exprimẽs in pedib⁹: fm Marcũ in hoc cap̄. nõ ꝓmittit apl̃s portare sandalia simp̃r: qa hoc esset ꝺ aliud p̄ceptũ de directo: sed ꝓmittit eis calciari sandaliis, qđ est portare sandalia primo modo. vñ exp̃sse dicit: Sed calciatos sandaliis. Sic̃r apl̃s ad Ephe. vi.c. in eadẽ materia dicit. Calciati pedes in ꝓparatione euãgelij. Nõ em̃ dicit ꝙ portẽt calciamẽta: qđ põt intelligi secũdo modo portãdi: sed ꝙ portẽt in pedib⁹: & sic in his duob⁹ præceptis nulla est ꝺdictio: etiã si sandalia & calciamẽta pro eodem sumant. & de hac materia vide. ē. cap̄. i. in additione secũda.

REPLICA. In cap̄. vi. vbi dicitur. Nõne hic est faber. dicit postillator ꝙ nõ est verisimile xp̃m a iuuentute vsq; ad tricesimũ annũ fuisse ociosum. Burg. dicit xp̃m non debuisse opari opera mechanica: qa impediuisset opera intellectualia in qb⁹ xp̃s summũ gradũ tenuit: ideo ociosus dici nõ potuit hic dico ꝙ ad factũ ꝙ & fi xp̃s nihil opãdo corporaliter ociosus nõ fuit: præbuisset tñ exemplũ ociosis q ab eo sumerẽt velamen excusatiõis. Laborauit igit sicut & orauit: nõ ad suffragiũ: sed ad exemplũ. Nec talis labor in xp̃o potuit remittere summũ gradũ intellectualis intellectualis ꝓtẽplationis: vt Burg. arguit: sicut nec dolor summus in passione potuit remittere summã fruitionẽ de quo alibi. ¶ In eodẽ cap. vbi conceduntur apl̃is sandalia: postillator volẽs saluare literã Mat.x. vbi prohibentur calciamẽta: dicit sandalia proprie nõ esse nec dici calciamenta. Bur. vult ꝙ sandalia sint cõtenta vt species sub genere calciamentorũ. Et soluit eã contrarietatem quã mouit postillator de Mat.x. & hic ꝙ portare in pedib⁹ vel in sacculo &c. Sed non videtur maturum de hoc oportere fieri mãdatũ qđ raro & per viles personas fieri cõsueuit. s. portare calciamẽta in dorso ligata. Ridiculosa igit videt distinctio Bur. Satis enim dictũ arbitror de vsu calciamentorũ in pedibus christi & apostolorum super Mat.x. ¶ De sandaliis autem hic ꝓcessit secus est: quia nõ pertinẽt ad gen⁹ calciamentorũ. Gen⁹ dico logicũ sed, ꝑpter similitudinẽ vsus respectu pedũ, modũ hũt calciamenti: q alio noie dicunt caligæ: iuxta illud Act. xij. b. vbi dicit: Petro calcia te caligas tuas: græcus sermo habet sandalia, vbi nos caligas: Et vt quidã volunt: sandalia sunt in soleis integra: superius aperta & sic cum nõ sint calciamenta, habent tamen aliquid simile: quia pedum contra asperitatem viæ sunt munimenta, & sic, phibitis calciamentis, cõceduntur sandalia sine cõtrarietate. Ad plenam enim calciationẽ regrunt multa: scilicet caligæ, ligaturę &c. Ab huiusmodi curiositate sunt apostoli, phibiti & ceteris quæ in litera enumerantur, sandaliis concessis.

Mat.11.d.

